



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1847**

V. Woldemar's Verleihung der Holzungsgerechtigkeit und zweier Juden an die Stadt Nauen, vom 10. August 1315.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54581](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54581)

effectum, auctoritate dei omnipotentis et apostolorum ejus Petri et Pauli ac nostra, qua fungimur discretorum consiliis usi in nomine domini subicimus, incorporamus et unimus, ut competenter ei deserviat de universis fructibus, qui inde de anno in annum domino largiente conceduntur provenire.

Nach dem Originale im Stiffts-Archive zu Brandenburg.

V. Woldemar's Verleihung der Holzungsgerechtigkeit und zweier Juden an die Stadt Nauen, vom 10. August 1315.

Woldemarus, dei gratia Brandenburgensis et Lusatiae marchio, omnibus presentem litteram inspecturis vel audituris salutem in perpetuum. Cum ea, quae aguntur ab hominibus soleant ab hominum memoriis excidere et evanescere, consuetum est ea scriptis autenticis perennare. Hinc est quod notum esse volumus presentibus et futuris, quod propter commodum et utilitatem communem civitatis nostre Nauen et omnium incolarum quiete perpetuis temporibus pro nobis ac successoribus nostris marchionibus Brandenburgensibus dedimus ac presentialiter donamus fruitionem omnium lignorum in nostris paludibus et lignis, jacentibus inter paludes seu mericas dictas Zuzen et Brifenlanck, super totum Glyn usque ad terram dictam Bellin, demptis quercinis, faginis, betulinis, fraccineis et pineis lignis, sic quod infestatione prolongare vel accumulare ad usum ac necessitatem eorum possunt, etiam in vel extra viam meando portare vel quid lederent non sunt pignorandi. Insuper si nos vel nostri successores futuris temporibus predictas paludes ac ligna predicta alicui donaremus seu appropriarem, istius donationis vel appropriationis fideles nostri prefate civitatis Nauen penitus manebunt indemnes. Porro donavimus et damus eis ex speciali gratia duos judeos quiete pacifice nec non libere perpetuis temporibus pro meliori conservatione nostre civitatis possidendos, omni sine nostrorum successorum contradictione. Et ut predicta omnia perpetuis temporibus maneant inconvulsa, nostrum sigillum presentibus est appensum. Hujus quoque rei sunt Testes nostri fideles Mathias de Bredow, tunc temporis advocatus, et Broseke pincerna, Theodericus de Ribbech miles, Jacobus de Doberitz, Henningus de Wanstorp et Theodericus de Beernwolde, famuli cum aliis pluribus fide dignis. Actum et datum in prescripta civitate Nauen, Anno domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. decimo quinto, ipso die Beati Laurentii martyris et Levite.

Nach einer in der Zechbelliner Unteregistratur befindlichen vom Nauenschen Stadtschreiber Thomas Lenz nach dem Originale sidemirten Copie.

VI. Die Herzöge Rudolph und Wenzlaw von Sachsen erklären sich gegen die Stadt Nauen bereit zu beweisen, daß sie selbige von der Äbtissin Jutta von Quedlingburg zu Lehn empfangen haben, am 25. Octbr. 1323.

Wy Rudolff unde Wentzlowe, von den Gnaden Gades Herthoge tho Sassen, tho Angern, tho Westpfahlen etc. bekennen unde betügen in dezeme apene Brëwe, wenn dat noth iz,